



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XLV. Markgraf Ludwig überläßt der Stadt Königsberg eine Mühle, am 15.
September 1337.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

XLV. Markgraf Ludwig überläßt der Stadt Königsberg eine Mühle, am 15. September 1337.

Ludovicus etc. consulibus atque universitati civium in Konnigesbergh, requisicionibus vestris inclinati, damus vobis ac posteris vestris proprietatem plenam et omnimodam super molendino, sito in fossato dicte nostre civitatis ad fluvium Roreke, nec non proprietatem tocius pachtu seu proventuum molendini ejusdem vobis et civitati pleno jure et libertate perpetue permanendam, quos quidem fructus fratres dicti de Wedechowe coram nobis ad manus seu usus vestros solempniter resignaverunt. Renuncciantes igitur dicto molendino, fructibus et proventibus ejusdem, nec non omni juri, quod nobis competiit in eisdem, nihilque juris nobis vel nostris successoribus inibi reservantes. In cujus etc. Testes domini Johannes Buch, Henricus Ifolrider, Hufener, Heylo, Bortuelt, milites, Haffo senior de Wedel, Ty. de Brederlow, Johannes Claden, plebanus ibidem. Datum Berlin, Anno MCCCXXXVII, in crastino exaltacionis sancte crucis.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 179.

XLVI. Markgraf Ludwig überweist Gebungen aus Königsberg und Bärwalde für einen zu Königsberg zu gründenden Glenden-Altar, am 6. October 1337.

Noverint vniuersi etc. Ludovicus etc. Ob salutem et perpetuam memoriam predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum bone recordationis, marchionum Brandenburgensium, appropriauimus et presentibus appropriamus altari exulum, qui prohdolor amicorum subuencionibus et beneficiis orbatu sunt, et solum eis commune beneficium suffragatur, in honore sancte crucis infra vnus anni spacium dedicandum in ecclesiaque parochiali ciuitatis nostre Kungesperg situm, quinque frusta annuorum redituum ex mansis ciuitatis nostre Kungesperg, qui vulgariter hufe hufe nominantur, singulis annis solutionumque terminis debitis euenientibus et triginta quatuor solidos denariorum Brandenburgensium ex censu mansorum ciuitatis Bernwolve, solitis solutionum temporibus euenientes, sine inquietatione qualibet perpetue altari prehabito pertinendos. Transferentes quoque collationem et presentationem altaris prenotati in consules presentes et succedentes ciuitatis prehabite, sic, quod ipsi consules vacationis ipsius tempore debebunt et poterunt de persona ydon(e)a sibi, que iugiter interpellet creatorem dominum et deum altissimum inuocet pro salute fidelium, providere. In cuius etc. Testes Büch, haffo miles, haffo senior, nicolaus wick, Bertramus Eckstede cum ceteris. Datum Ewerswalde, anno domini M. CCC. XXX. VII^o., in octaua michahelis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).